

P. GOTTFRIDI LUMPER,
MONACHI BENEDICTINI
IMPERIALIS MONASTERII AD S. GEORGIUM HERCYNIAE SILVAE,
P. T. VILLINGÆ PRIORIS

HISTORIA THEOLOGICO-CRITICA

DE
VITA, SCRIPTIS ATQUE DOCTRINA
SANCTORUM PATRUM,

ALIORUMQUE
SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM
TRIUM PRIMORUM SÆCULORUM

EX
VIRORUM DOCTISSIMORUM
LITTERARIIS MONUMENTIS COLLECTA.

~~~~~  
*PARS IX.*


HISTORIÆ THEOLOGICO-CRITICÆ SS. PATRUM.



*Superiorum Permissu & Approbatione.*

AUGUSTÆ VINDELICORUM,  
SUMPTIBUS MATTHÆI RIEGER P. M. FILIORUM  
MDCCXCII.





DE ORIGENE PRESBYTERO ET  
CONFESSORE.

---

SECTIO I.

HISTORIA VITAE EJUS.

CAPUT UNICUM.

ARTICULUS I.

*De Recentioribus gestarum rerum Origenis Scriptoribus.*

**I**nter Græcos, immo omnes Scriptores, qui Sæculo Tertio eruditionis, & meritorum laude floruerunt, *Origenes* principatum tenet. Effecerunt autem & magna hæc *Origenis* apud plures existimatio, & quæ circa Dogmata ejus exortæ & per universam fere Ecclesiam diu continuatæ fuere lites, ut in illis accuratius examinandis Viri doctissimi singulari studio versati fuerint. Inter Recentiores, ut præmittam antiquos, Gregorium Thaumaturgum, Pamphylum, Porphyrium, Eusebium, Hieronymum, Rufinum, Epiphanium, Photium &c. maxime commendanda est præstantissimæ Eruditionis Viri, magnique, dum viveret Galliæ suæ ornamentum